



Omnes ille in Francia orientali, quæ nunc Fran-  
 conia dicitur, natus & educatus fuit. Is litera-  
 rum amore sese in plurimas Academias contulit,  
 atq; maximam omnis generis disciplinarum erudi-  
 tionem acquisiuit. Factus est enim Philosophus  
 Poëta, & insignis Mathematicus, præterea iuris  
 pontificij doctor eximius. Unde Ratisbonam uo-  
 catus, eius ecclesiæ Canonicus creatus est. Postea  
 terò etiam Præpositus Forcheimensis electus est.  
 Erat enim multis uirtutibus & singulari liberalita-  
 te & humanitate præditus. In primis autem litera-  
 rum cultores & uiros doctos multis officijs prose-  
 quebatur, ita ut apud omnes magnam existimatio-  
 nem impetrarit. Scripsit is opuscula quædam in Mathematicis, atq; elegantes  
 Epistolas sub annum Domini 1495. Trit.